



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 5. Consolatio egestate laborantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Pater est. Certus sis quod hic rigor non ex-  
 cetur à tali Patre in filios suos nisi ad ma-  
 emolumentum illorum. Quare si bona  
 largitus est nobis, læto animo percepim-  
 cur non eodem mala quæ immittit, susce-  
 mus? nam utraque tam mala quam bona  
 ciunt ad beatitudinem nostram quam  
 ipsa æternitate nobis desideravit & ad quæ  
 in tempore cooperatur nobis Deus: Hic  
 meo iudicio sensus illorum Jobi verborum  
 Si bona suscepimus de manu Domini &

## §. V.

*Consolatio egestate laborantium.*

**V**erum pauper es! Deus sic voluit, forte  
 si dives esses, te perderes. Rogo te  
 sedulò ne quid attentes contra divinæ  
 videntia dispositionem: Si abjicere vis  
 statum in quo vivis, vide ne cœlum per-  
 Considera quæso, omnes illos qui per  
 nefas contra Dei voluntatem divitias con-  
 serunt, ubi modo sunt? Ad quam fortunam  
 tandem redacti sunt? *Vbi sunt Principes  
 tium, quærit Propheta Baru. 3. qui argenti  
 thesaurizant, & aurum in quo confidunt  
 mines, & non est finis acquisitionis eorum  
 argentum fabricant & solliciti sunt. nec est  
 ventio operum illorum? ubi sunt Anthro-*

phagi illi & sanguisugæ qui impinguati sunt  
 sanguine pauperum & medulla viduarum  
 atque orphanorum quos devoraverunt? Ubi  
 sunt exactores iniusti & quæstores potentes  
 & docti ad prædas, ad rapinas & oppressio-  
 nes populi: qui alienis bonis ditant filios  
 suos? ubi sunt crassi illi & cræssi? *Exterminati  
 sunt, subdit Propheta, & ad inferos descende-  
 runt.* Fuerunt olim opulenti & celebres ut a-  
 lij, sed modo sermo nullus de iis. Terra ex-  
 cussit illos & absorbit tartarus. Volebat  
 Deus ut essent pauperes, nam præclusit illis  
 omnes aditus ad divitias iuste perveniendi,  
 at illi per ruperunt omnia contra jus omne  
 repagula, invito Deo divitias accumularunt,  
 mediis usi sunt divinæ voluntati & providen-  
 tiæ contrariis. Quid tandem illis evenit? Ter-  
 renas opes obtinuerunt; ita est; sed cœlestiū  
 rorum gratiarum sibi obstruxerunt: Cogita-  
 tiones Dei benevolas verterunt sibi in iram  
 & indignationem, subtrahendo se misericor-  
 diæ eius inciderunt in vindictam justitiæ.  
 Numquid melius illis fuisset, si fuissent egen-  
 iores Jobo sedente in fimeto, si pauperiores  
 lazaro mendicante ad fores divitis Epulonis  
 ut nunc gaudiis fruerentur Paradisi, quam  
 post acquisitas divitias & obtentas hujus vi-  
 æ delicias sepeliri in inferno: *ducunt in bona  
 dies*

dies suos & in puncto ad inferna descendit  
dixit Job, ut habitent cum dæmonibus, &  
damnatis in ardoribus sempiternis.

## §. VI.

*Solacium in sciitiâ laborantium,*

**N**on excellis ingenio, ut alij, proinde  
doctrinâ, neque industriâ & peritiâ  
ministrandi negotia tua. Hinc doles, hinc  
gemiscis, nec vana suspiria continens quæ  
rumpant in voces: Ô si haberem tam  
ingenium, si scirem tantum quantum  
essem qualis est ille! Eja mi homo ne scis  
petas. Istâ ingenij tui tenuitate cœlum  
perberis, perditurus si plus haberes. Hoc  
dicit Deus cùm conderet Deus animam  
cùm Corpus tuum formaret, cùm huius  
lucis usuram donaret, acquiesce igitur  
luntati Patris tui cœlestis qui tam sincere  
tenero te dilexit affectu, qui ita te con-  
ut sciebat expedire ad salutem tuam. De-  
obsecro, tuum quo teneri te par est, de-  
riam tuam sanctissimæ ejus conforma-  
voluntatem. Responde illi cum Filio  
Domino ac magistro tuo *Ita Pater, quod  
sic placitum est ante te. Pater mi, Domine  
mi Deus, quia vis me rudem, me inope-  
abjectum, volo & ego rudis, indoctus*